

**G**uillermo de Estouteuilla. Episcopo Ostien. Car. Rotho. Camerario .D.  
 A. Pape Dignissimo. dño suo precipuo. Omerius Seruius Tholenti-  
 nas. S. P. D. Cum magnorum virorum iudicio p̄cellētissime dñe de sin-  
 gulari ingenio doctrinaq; Reuerēdissimi p̄is Ambrosij Chouolani. Theo-  
 logi Clarissimi ac vniuersi ordinis fratrum Peremitarū Sancti Augustini prioris Ge-  
 neralis magna vndiq; predicatio esset. Diligenti cura perquisiui. vt ex multis eius mo-  
 nimentis aliquod imprimendum darem. allatum est volumen vbi vita. doctorum prin-  
 cipis Aurelij Augustini describitur. simul et obseruatio vite apostolice. in tribus editio-  
 nibus ab ipso Augustino posteris relicta. quarum duas post annū a sacri & perhennis  
 fontis lauacro. in monte Pisano nondum clericus. Tertiam vō in Apbica apud ypo-  
 nem ciuitatem factus p̄sul composuit. quibus idem pater Ambrosius tres orationes  
 in laudem ipsius doctoris. coram diuersis Pont. hitas adiecit. Opus sane eruditum &  
 castigatum sepius perlegi. vnde cum yberrimi fructus percipiuntur. opere precium esse  
 dixi. palam & vbiq; cōmunicandum fore. Magna enim vtilitas sup̄p̄m nō debet. At  
 vō si qua lectio religiosis ac deuotis viris prodesse poterit. ea profecto erit. tum dicendi  
 quodam leni. familiari & iuxta subiectam materiam eloquenti stilo. tum rerum necessa-  
 riarum noticiis. & vtriusq; p̄sertim. philosophie ac diuinarum litterarum optimis do-  
 cumentis. non enim quempiam fugit apud Celsitudinem tuā iam dudum huius alū-  
 ni & creature tue claruisse doctrinam. cui non ipse t̄m. sed totus sacer augustianus ordo  
 velut alteri parenti per cuncta secula debet. Et quidem apud omnes q̄ qui scripsit toto  
 animo tibi deuictus est. Et vna cum ceteris eius fratribus. nutu pendet tuo. Idcirco  
 cum tanto munere. D. tua digniorem intelligam neminē. obsecro & obtestor vt inter in-  
 numerata alia beneficia. quibus quotidie sub ea viuentes impari. opus hoc virtuti & di-  
 gnitati tue dedicatum. gratum suscipias. vt non modo corporeorum edificiorū instau-  
 rator. fundator ac protector. sed etiam ipsius animorum perpetuus atq; acerrimus cri-  
 stas defensor. Vale.

